



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scala Jacob**

**Lindeborn, Jan**

**Antverpiæ, 1666**

Pars 2. de prærequisitis ad Meditationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49085](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49085)



L. 6. de  
Amore  
Dei c. 2.

Ecclesiasticus, & ipse dabit tibi cor peccati odio ac charitatis ardore inflammatum & concupiscentia sapientiae dabitur tibi. Ideoque non incongruè D. Franciscus Salesius Animam meditabundam Api comparat: „Apis (inquiens interprete Lamormainio,) vernali tempore pergit huc & illuc volitando super flores & hoc non fortuitò sed ex instituto, non ad recreandum se solummodò visu variorum & jucundorum florum, quibus prata passim sunt redimita, sed ad investigandum & colligendum mel: quod cum invenerit, fugit, eoque se onerat, deinde delatum ad suum alveare artificiosè disponit, & accommodat separans ab eo ceram, ex illa faciens favos ad reponendum & servandum mel pro insequente hyeme. Porrò talis est anima devota in meditatione: pergit ille ex uno mysterio in aliud non tumultuariè, neque solùm ad relaxandum & recreandum animum visu admirabilis pulchritudinis divinorum objectorum, sed ex proposito & causâ inveniendorum motivorum amoris vel aliqujus divinæ affectionis, quæ, cum invenerit, ad se trahit, degustat seque iis onerat, & cum redeat ac collocarit in corde suo, in partem reponit quicquid proprium advertit suo profectui promovendo, tandem facit conformia decreta & proposita, quæ tempore tentationis sint profutura.

## P A R S    I I .

*De Prærequisitis ad Meditationem.*

**H**Æc ad numerum ternarium constringo, quorum



Primum est efficax voluntas & serium virtutis ac  
 piæ vitæ studium: cùm enim Oratio conversatio sit  
 fermocinatioque cum Deo, nonne decentissimum  
 est conversantem cum eo colloquentemque virtuti-  
 bus exornatam esse & nitere puritate vitæ? idque  
 significat Lavatorium, quod prope Aram Incensi ser-  
 viebat Sacrificis mundandis: *Facies & labrum æne- Exod. 30:*  
*um cum basi sua ad lavandum, præcipit Dominus 17, 18,*  
*Moyse, ponesque illud inter Tabernaculum Testimonii & 19, 20.*  
*Altare, & missâ aquâ lavabunt in ea Aaron & filii*  
*ejus manus suas & pedes, quando accessuri sunt ad Alta-*  
*re, ut offerant in eo thymiama.* Quo Sacrificio dixi-  
 mus supra meditationem adumbrari, jam addimus  
 hoc Lavatorio designari vitæ munditiam ad Medi-  
 tationis exercitium necessariam, quæ consistit in ma-  
 num, i. e. operationum, & pedum, id est affectuum  
 puritate, ut non modò à gravioribus delictis sit libera  
 anima meditabunda, sed & virtutis ornatum studeat  
 assumere. Servit huic nostro proposito quod de ado-  
 lescentulo Joseph scribit Hagiographus: *Protinus Gen. 41:*  
*ad Regis imperium eductum de carcere Joseph totonde- 14.*  
*runt ac veste mutata obtulerunt ei.* Ita & anima tua,  
 Virgo devota, per orationem offerenda Summo Re-  
 gi, non modò debet eximi squaloribus & vincu-  
 lis peccatorum ac vitiorum sed & tonderi debet, id  
 est, inordinatis affectibus liberari ac cultu virtutis  
 amiciri. Hic propriè locum habet, quod de Regis  
 Assueri aula scribitur: *Non erat licitum indutum sac- Hest. 4:*  
*co aulam Regis intrare:* Petit hic & requirit cultum 2. 1  
 ornatiorem. Pueri illi Hebræorum, quos Rex Baby-  
 lonis in aulam & familiam suam assumebat, erant de  
 semine regio, sine ullis maculis, decori aspectu & for- Dan. 1. 6.  
 mâ:



mâ : tales petit & Rex cœlestis, non senes sed juvenes fervore scilicet : non annis, Animos & indolem Regiam non suarum passionum mancipia, & vilis animas, mundas à vitiorum & peccatorum sordibus

*L. de Virg. c. 55.* & pulchras gratiâ virtutum. *Non quærit à vobis precibus cibam carnem,* inquit D. Augustinus, *sed pulchros*

*Hest. 2.* *mores, quibus fœnetis & carnem.* Virgines ad Regem Assuerum ingressuræ erant speciosissimæ & ornatissimæ : quis dubitat & tales à divino Sponso postulari? munda itaque te & exorna : de Domino scriptum

*Luc. 6: 12.* est : *Jesus exiit in montem orare.* Quid mons in Scriptura sonet, audisti sæpiùs, eum sequere & imitari.

Secundum est & proximius : ut vesperâ præcedente, vel ante Meditationem, non solum materiam relegas, quam abundantissimam suppeditant Meditationes Ludovici de Ponte, & Divina Eximii nobilitatis Mattii Præsentia, sed & in ea prævideas, quos affectus quæve proposita inde elicias, ad instar illius qui vesperi ligna adfert componitque in fornace, ut flammam atque surrexerit ignem supponat & flammam excitet : aut sicuti is, qui summo manè aggressus iter, vesperi omnia sua convasat eaque præparat quæ ad illud conficiendum sunt necessaria, quò expeditur ad abitum.

Tertium denique & proximum est, ut omnes alie cogitationes seponas, attenda & intenta futura præsentis materiæ, præscriptum id à Christo Domino : *Tu cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.* Quod non de solo exteriori conclavi, sed & cum SS. PP. d. interiori cordis & mentis intelligendum, intra quod

*Matth. 6: 6.*

*Quod non de solo exteriori conclavi, sed & cum SS. PP. d. interiori cordis & mentis intelligendum, intra quod*



in Meditatione oratur Deus, at ut hæc attentata sit careatque divagationibus, alienis cogitationibus jam ante ocludendum ostium cordis eæque necessario sunt excludendæ, *clauso ostio*. Quod amplius illustratur ipsiusmet Christi factò & dicto, is celebraturus Pascha cum Discipulis suis selegit ex eis Petrum & Joannem, dixitque ad eos: *Euntes parate nobis* Luc. 22. 8. *Pascha, ut manducemus. At illi dixerunt: ubi vis pararemus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: dicit tibi Magister: ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem? & ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate.* Hac ratione significans cœnaculum cordis debere multò ante esse præparatum (juxta dicta in primo puncto) ut possit in eo Pascha Orationis celebrari, quæ meritò Pascha, id est, transitus appellari potest, cum non aliud sit quàm transitus nostri spiritus ad Deum & adventus Dei ad spiritum nostrum, ut cum eo loquatur, eum instruat eique se beneficium exhibeat. At præter hanc præparationem necessarium esse ut Joannes & Petrus, id est, dilectio in illo, & zelus in hoc adumbratus, reliqua requisita disponant: invocandus etiam & rogandus exercitus Angelorum, ut tanquam viri fortes ambiant & custodiant sapientissimi lectulum Salomonis, Cant. 3. *ne hostes tuam orationem perturbent: fervens etenim & vehemens propositum nullam spontaneam admittendi distractionem, nec terrenam affectionem, aut intentionem minùs rectam, maximi est momenti, eaque animi resolutio ac decretum erit tanquam fortis*

tis



- Luc. 11.** tis armatus custodiens atrium suum & in pace conservans omnia quæ possidet. Dixit autem aliqua variis se cogitationibus distrahi, nec posse pro libitu eas manu mittere: cui ego respondeo, seu potius eam pro responso ad factum Christi Domini remitto, de quo
- Matth. 21: 12, 13.** Evangelista: *Intravit Iesus in Templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & ementes à Templo, & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas evertit, & dicit eis: Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur. Ejecit autem eos: (ex D. Joanne)*
- 1. 2: 7. 15.** *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis. Cedent facile, ubi tibi serium viderint suum exilium suæque præsentia odium. Conandum tamen ad hoc semper, ut cogitationum tuarum Dominium etiam extra Orationem retineas, easque sub fræno voluntatis tuæ compescas. Abraham dilectissimum suum Isaac immolaturus itineris comites ad pedem montis relinquebat: dixitque ad pueros suos: *Exspectate hic cum asino: ego & puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. Tuam in meditatione voluntatem gratissimum Deo Sacrificium immolatura. Idem fac ac dic & tu, utque id possis, nunquam cogitationibus laxes habenas, quæ cæterorum quin detrectabunt imperium, utpote ei non assuetæ: habentes quidem conversationem in Urbibus, suggerit**
- Serm. 34.** Antistes Mediolanensis, *possideamus mente desertum.*
- Repeto itaque quæ dixi & moneo: imprimis ut serium sit tibi & cordi studium virtutis ac puritatis: ædificarat Salomon Templum & ornat, postea preces in eo & hostias immolabat. Deinde prævide quæ proposita quosve affectus elicias è præscripta Meditationis materiâ ad instar Sagittarii qui in scopum



pum collimat antequam sagittam emittat. Alienas denique cogitationes tantisper sepone: ingressura ad Deum nunquam gratior quàm cum sola compareas: Isaaco in agro meditabundo Rebecca occurrit: *Egressus fuerat ad meditandum in agro: occurret* Gen. 24: & tibi desiderium virtutis, sensus pietatis, spiritus devotionis, si & tu egrediaris è tuorum negotiorum tumultu turbisque cogitationum: Isti Cameli sunt qui Rebeccam, id est, perfectionem ejusque divitias advehunt: *Cumque elevasset oculos vidit camelos venientes procul, habet textus. Dic itaque cum illa: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, soli & extra strepitum omnem.* Cant. 7: 11.

P A R S I I I.

*De Observandis sub Meditatione.*

**D**icit Sponsa à suo Dilecto introductam se in Cellam Vinariam, ibique ab eodem in se ordinatam charitatem: *Introduxit me in Cellam Vinariam, ordinavit in me charitatem.* Quod si secundùm literam accipiatur, mirum videbitur in cella Vinaria & potu, ubi is ut plurimum amittitur, ea peracta quæ sapientem & præsentem sibi animum postulant: ideoque non literaliter, sed de Mysticâ intelligendum, quæ Meditatio est, cujus Vasa sunt Puncta Meditationis, Vinum autem affectus & proposita quæ ex iis depromuntur, verè vinum quod inebriando animam terrenarum voluptatum oblivionem infundit, interiora arefcentis conscientiæ humectat, & ad quoslibet virtutum actus audaciam sanctam communicat: verè